

ratiocin. lib. 1. cap. 33. num. 8. Nogueroi allegat. 11. numero 156. in fine, Olea de cession. jur. tit. 5. quest. 13. n. 3. Velasc. loc. commun. lit. F. axiomat. 52.

30 Sed quoniam tradita doctrina non eodem modo semper ad praxim reduci potest propter differentiam tam jurantium, quam eorum, quorum causa juratur; ideo quid in singulis casibus observandum sit, breviter ostendetur: nam si laicus juret laico, relaxatio petitur à iudice Ecclesiastico jurantis, vel à seculari, aut Ecclesiastico adversarii. Idem juris est, cum Clericus juret laico. Quod si laicus juret Clerico, solus Ecclesiasticus ad eundem erit cuiuslibet: similiter si uterque contrahens Clericus fuerit. Sed si duo infideles sint, quorum unus alteri juret, nonnullae sunt partes iudicis Ecclesiastici, sed iudex ejus qui iuramentum pro se habet, illud valebit remittere: at quando infidelis fideli juret relaxationem concedere potest tam Ecclesiasticus, quam secularis iudex fidelis: è contra si fidelis infideli juraverit, relaxabit vel Ecclesiasticus jurantis, aut secularis illius, qui iurjurando nititur: Sanch. dict. cap. 22. n. 19. Carleval. num. 215. Ad quam relaxationem iuramenti erit competens iudex non solum domicilii, sed etiam loci contractus, Felin. in cap. fin. num. 24. vers. Ultimo in isto subdito, de for. compet. Sanch. d. cap. 21. num. 31. Tusch. lit. A. conclus. 57. n. 5. Carleval. num. 204. locus verò contractus intelligitur etiam in quem destinata est solutio, etsi alibi contractum fuerit, l. contraxisse 20. ff. de act. & obligat. Ant. de Amat. variar. resol. 33. num. 6. Tondut. cum alii, supr. part. 1. cap. 18. num. 11.

31 Hæc dicta sunt de relaxatione iuramenti ad effectum agendi, quæ solet sine citatione concedi aliter autem res se habet, cum simul agitur ad irritandum contractum, quo casu omnino pars citari debet; & ille erit iudex competens, qui de causa principali cognoscere potest, ut compertum est.

32 Facultas relaxandi hæc iuramenta est penes Ordinarium, quo nomine continentur Episcopus, Vicarius generalis, Capitulum Sede vacante, Abbas exemptus, vel alii quasi Episcopalem jurisdictionem obtinentes, Hermos. num. 96. & 97. Lugo num. 141.

33 Sanch. dict. lib. 3. cap. 21. à num. 29. Quibus adde Legatum à latere, qui etiam Ordinarius est in tota provincia, in qua suo munere fungitur, Pellizar. in manuali regul. tom. 1. tract. 6. cap. 2. num. 79. & de Nuntio qui in Hispania residet, testatur Paz in praxi num. 39. & Bolaños ubi supra, qui asserunt, usu receptum esse apud nos, ut Nuntius sine citatione iuramenta relaxet ad effectum agendi, Ordinarius verò non utique; quod displicet Sanch. dict. cap. 21. n. 28. post medium. Postulans relaxationem hanc semiplenè debet probare justam causam propter quam debeat concedi, Guttier. dict. num. 112. vers. Sed meo iudicio, notant DD. in cap. 1. de iurejur.

Ibi: Actionem rescisoriã non posse deduci.

36 Possè in eodem libello proponi remedium restitutionis, & actionem, quæ restitutione concessa, competitura est; sentiunt Tondut. dict. cap. 20. numer. 6. cum sequentibus, (& si id valde controversum fateatur) & alii apud Cyriacum d. controvers. 380. num. 21. Quod fieri debet, proponente actore principale actionem, sibi que objiciente exceptionem, quam adversarius habet, & contra ipsam pretenda est restitutio in modum replicationis; quod bene explicat Tondut. num. 10. & vide Paz in prax. tom. 2. preclud. 2. num. 39. ubi ait in praxi observari, ut si

mul relaxatio iuramenti, & rescissio contractus in eodem libello postuletur.

Ad Num. 6.

Citatione opus non esse in relaxatione ad effectum agendi, magis receptum est inter DD. & obtinuit in praxi, de quo nuper, num. 22. cum seqq.

Verf. Ex his tamen.

Manere vinculum iuramenti illibatum quoad reliqua, concessa absolutione ad effectum agendi, omnes agnoscunt; Carleval. num. 210. Hermos. num. 102. Ant. Gom. variar. lib. 2. cap. 14. num. 21. Sanch. d. cap. 21. num. 23. Guttier. dict. num. 112.

Ibi: Secundo è contrario.

Non indiget nova absolutione, qui illam fuit assequutus ad effectum agendi, si contractus rescindatur: Sanch. & Hermos. ibidem.

Ibi: Tertio adnotandum est.

Hujus styli signaturæ, ex quo denegatur absolutio à iuramento adhibito in obligationibus conceptis in forma Camerae Apostolicæ, meminere Marefcot. d. lib. 2. variar. cap. 84. num. 13. Sanch. d. cap. 21. num. 24. Cassad. decis. unic. de mut. petition.

Ibi: Quarto est adnotandum.

Relaxatio ad effectum excipiendi, etiam conceditur; Paz, Parlador. Cevall. & cæteri adducti communiter; sed ad effectum reconveniendi non datur, Marefcot. num. 12. quia opus non est.

Ibi: Quintum est quod ibi.

Data absolutione iuramenti in dict. authent. Sacramenta puberum, minor uti debet auxilio restitutionis, tanquam adversus contractum validum, quia nulla vis ei tollitur per talem absolutionem; ibi num. 20.

Verf. Nam esse tunc necessariam.

Anceps quæstio est: Num enormissimè læsus in contractu, quem juravit, possit adversus eum venire non adepta relaxatione, absque labe perjurii de qua Guttier. ex num. 95. Hermos. num. 82. Molin. de primog. lib. 2. cap. 3. num. 25. & licet pro utraque parte communis sit opinio, frequentius in negativam itum est, quam sustinent Afflict. decis. 322. 9. Capyc. decis. 156. Pinel in l. 2. p. 3. cap. 1. num. 65. vers. aliis, quibus Azeved. in l. 4. num. 137. tit. 21. lib. 4. Recop. Fachin. contror. lib. 8. cap. 69. in fin. Cancer. variar. part. 1. cap. 13. de empt. vers. ex quibus, Casti lo quotidianarum lib. 3. cap. 2. num. 26. Marefcotus variar. resolut. lib. 2. cap. 84. num. 16. Sed & multi contrarium tenent, quos isti referunt. Sed Hermos. num. 84. distinctione utitur variis Rotæ decisionibus comprobata, quoniam quando detecta est enormissima læsio, de qua constat absque partis læsæ petitione, relaxatio non desideratur; at si adhuc lateat, non licebit absolutione non concessa contra iuramentum venire: & tandem num. 86. concludit, enormissimè læsum à perjurio indistinctè excusari, etsi, non præcedente absolutione iurato contractui contraveniat.

Verf.

Verf. Obiter tamen.

45 Communis est opinio, jurantem metu coactum nequire non præmissa absolutione adversus iuramentum agere, Cevall. tom. 1. quest. 604. quam sustinent Guttier. de juram. confirm. 1. part. cap. 57. num. 19. & 20. Sanch. dict. lib. 3. cap. 11. num. 18. & 14. Molina ubi supra, num. 13. qui etiam testatur contrarium in tribunalibus observari, ubi & alii, Pat. Molin. de just. disp. 578. num. 28. Pat. Suarez de Religion. tom. 1. tract. de iurament. lib. 3. cap. 16. num. 18. Seraphin. supra privileg. 110. num. 16. Afflict. decis. 322. num. 9. Pinel. in l. 2. part. 3. cap. 1. num. 8. C. de rescin. vendit. Valenc. 2. 2. disp. 6. quest. 7. punct. 4. col. 6. vers. Respondeo questionem hanc, Ant. de Petra in l. 1. num. 279. ff. de iurjur. Flamin. supra, lib. 13. quest. 2. num. 23. Bernard. Græu. ad pract. Camer. Imper. lib. 2. conc. 42. Less. de just. lib. 2. cap. 42. dub. 6. num. 50. Quicquid contra teneant alii, quos refert Cevall. dict. q. 604. num. 2.

Formam petendi relaxationem iuramenti tradunt Peguera in prax. civil. rubric. 1. in fine, Peregrin. decis. 8. Ricci. supra de absolut. iurament. decis. 333. & relaxatio pro procuratorem potest impetrari; Sanch. dict. cap. 21. in fine; Bald. in cap. 1. num. 7. de iurejurand.

Ad Num. 7.

46 Iudex causa præparantis est competens etiam quoad causam præparatam, Cyriac. tom. 2. controvers. 381. num. 11. Tondut. de prevent. judic. part. 1. cap. 24. num. 10. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cas. 371. Gambacurt. de immuni. Eccles. lib. 6. cap. 8. num. 3. Bossi. tit. de for. compet. n. 117. Guttier. de jur. confirmat. part. 3. cap. 12. num. 6. Quod verum est, cum aliis iudex de utraque causa potest cognoscere, Cyriac. num. 50. 51.

Ad Num. 8.

In hac controversia, an iudex Ecclesiasticus, qui præstitit absolutionem à iuramento, possit de contractus valore cognoscere? sequuntur D. Covarr. Sanch. d. lib. 3. cap. 3. num. 15. Guttier. de iurament. confirmat. 3. part. cap. 12. num. 6. Navarr. in rubrica de judic. num. 12. qui sentiunt, non licere iudici Ecclesiastico causam principale rescissionis tractare, nisi contractus contineat vitium simoniæ, usuræ, vel aliis delicti, cujus cognitio ad forum spectat Ecclesiasticum. Contrarium tamen cum Bald. defendunt multi, quos refert, & sequitur Paz d. preclud. 2. num. 39. quæ sententia magis juri consonat, quadam adhibita distinctione; nam si absolutio petatur à iudice Ecclesiastico ejus, qui juravit, procul dubio hic non poterit de contractus rescissione cognoscere: quia quoties agitur ad rescindendum, adiri debet iudex ejus, contra quem rescissio intentatur, l. 2. ubi notatur, C. ubi, & apud quem: quod si iudex Ecclesiasticus illius, cui iuramentum est, absolutionem præstet, jure causam principalem retinebit: Quia ratione iuramenti potest inter laicos judicare, cap. fin. de for. competent. in 6. Primo: quoniam iudex causa præparantis est competens respectu causæ præparatæ, cum ad utramque jurisdictionem obrinet, ut cum Cyriac. & aliis dixi.

47 46. Secundo, qui potest cogere ad implementum contractus, de ipsius rescissione cognoscere non prohibetur: qui enim est iudex contractus, distractus quoque debet esse, uti probant ex pluribus, Ton-

dur. 1. p. cap. 18. ex n. 8. Carleval. dict. disp. 2. nu. 185. cum seqq. Gratian. disceptat. cap. 14. nu. 22. Caldas in l. si curatorem, verb. Implorandum, nu. 30. C. d. in integr. restitut. Coler. de processib. exequunt. part. 2. c. 1. nu. 24. 44. Tiraquel. de jur. marit. gloss. 5. nu. 8. Tertio: nemo condemnare valet, cui non est potestas absolvendi, l. 3. ff. de re jud. l. nemo qui 38. ubi Rævard. d. ff. de reg. jur. Carleval. num. 203. Menoch. de arbitrar. lib. 1. quest. 43. à nu. 2. Gratian. Falcon. reg. 110. Aug. Barbof. de potest. Episcop. p. 3. allegat. 52. Sed Ecclesiasticus compellit ad implendum propria sententia contractum juratum, prout fatentur omnes: ergo etiam absolvere ab obligatione adimplendi per rescissionem poterit. Quarto: tandem sine divinatione restringi nequit decisio dict. cap. fin. de for. competent. ubi absolute dicitur, contrahentes Ecclesiasticum forum foriri, si in contractu iuramentum intercesserit; quod etiam quoad distractum accipiendum esse præmissa suadent, quibus addenda sunt quæ diximus supra, ad nu. 5. vers. Verum, ut res, ubi ex communi sententia probavimus, posse peti relaxationem iuramenti à iudice Ecclesiastico ejus, cui iuratum est, indistinctè, sive contractus contineat vitium simoniæ, vel usuræ, sive non; quoniam propter iuramentum potest compellere etiam laicum ad remittendam obligationem, quamvis relaxatio tendat ad rescissionem contractus, ut notum est.

Jure reprehenditur Glossa in cap. Parecianos, 50 de sent. excommuni. cum in confesso sit apud omnes, iudices Ecclesiasticos posse procedere ad versus laicos inferentes Clericis injuriam, (Imò & contra eorum eorum inavores, ut testantur Bobad. in politica, tom. 1. lib. 2. ca. 17. nu. 37. ubi plures textus, & DD. congesti, Paz. in prax. dict. preclud. 2. num. 19. Felin. in cap. cum sit generale, num. 4. de for. compet. Hostiens. ibidem, Butri. num. 9. Socin. n. 15. Del-bene, part. 2. cap. 10. dubit. 1. sect. 1. nu. 20. Salced. ad Bernard. Diaz. in praxi, cap. 18. num. 14. Petr. Barbof. in l. si quis ex aliena, à num. 140.) Guid. Pap. decis. 562. n. 2. 3. Julius Clarus in prax. s. fin. quest. 36. n. 42. Thesaur. decis. 224. num. 23. Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4. capit. 26. num. 1. 22. Beller. disquisit. clerical. titul. de favor. cleric. reali §. 4. num. 13. Clericus vero injuriatus etiam secularem adire poterit iudicem, Clarus, num. 47. Farinac. in praxi parte 1. quest. 8. numer. 135. Azevedo in lege 4. n. 4. tit. 1. lib. 5. Recop. Cur. Philip. part. 3. §. 2. n. 6. 7. licet quoad invadentes, & auferentes res Clericorum; contrarium sentiant Decian. supr. lib. 6. cap. 30. num. 23. Cald. supr. num. 32. in fine, Barbat. in cap. cum sit generale, à num. 62. de for. compet. & alii.

AD CAPUT V.

An minor læsus in spiritualibus sit restituendus.

SUMMARIUM.

- 1 Authores materiam explicantes.
- 2 Minor an sit restituendus in renunciatione beneficii.
- 3 In beneficiis causis pro majore habetur.
- 4 Non restituitur ad beneficium, cui renunciavit, si illud alteri quæsitum sit.
- 5 Nec adversus Matrimonium, aut Religionem, seu professionem.
- 6 Ratio redditur.

- 7 Non restituitur adversum opus pium, vel votum.
 8 Nec adversum Deum, patriam, aut patrem.
 9 Restituitur in causis circa votum, aut matrimonium, quando de validitate eorum agitur.
 10 Restituitur ad lucrum omissum.
 11 In permutatione beneficiorum non est locus remedii. l. 2. G. de resc. vendit. & infra num. 60.
 12 Minor restituitur ad beneficium, cui renunciavit, etiam si alteri sit quaesitum.
 13 Minor in omnibus causis debet restitui, nisi specialiter jure prohibeatur.
 14 De intellectu cap. cum universorum, de rer. permutat. & infra num. 29.
 15 Simonia committitur in permutatione, aut resignatione beneficiorum, per pactiones prohibitas, licet nihil interveniat temporale.
 16 Permutatio beneficiorum propria auctoritate permutantium facta, est simoniaca.
 17 Resignationes reciproca, vel in favorem, sine Pontificis assensu simoniaca sunt.
 18 Est vera simonia, qua in jus Ecclesiasticum solum patitur.
 19 Simonia praedicta, solet impropria, & putativa nuncupari.
 20 Resignatio in favorem etiam cum clausula, non aliter simoniaca non est, si Episcopus non assensit, sed est actus irreligiositatis.
 21 Vera simonia potest inveniri, etsi nihil temporale intercedat. Alii contra sentiunt.
 22 Quae vitia sub simonia comprehenduntur.
 23 Non est simonia, conferre beneficia propter cognationem.
 24 Exponitur cap. nemo 14. de Simon.
 25 Non licet Praelato inferiori Pontifice acceptare renunciationem beneficium in favorem, & alii a nominato conferre.
 26 Nec Pontifex de potestate ordinaria id facere poterit, si adjecta sit clausula, Non aliter, neque alio modo.
 27 Aliud juris est, si per viam modi beneficium renunciatur in favorem.
 28 Non licet Episcopo, acceptare renunciationem in favorem, non acceptando nec rejiciendo conditionem, & deinde liberaliter beneficium conferre nominato.
 29 Agitur iterum de dict. cap. cum universorum, de rer. permutat. supra num. 14.
 30 In delictis affectus puniuntur, etsi non sequatur effectus, quando reus, quod potuit fecit.
 31 In dilectorum punitione exitus non attenditur, sed voluntas.
 32 Admittens simoniam contra jus Ecclesiasticum tantum, beneficium non privat.
 33 Nemo ex improbitate sua debet commodum reportare.
 34 Restitutio in d. cap. cum universorum, fuit ex gratia.
 35 Conciliatur d. cap. cum universorum, cum cap. si beneficia 20. de praebend. in 6.
 36 Tractatus super beneficiorum permutatione perfici ante praesitum ab Episcopo assensum potest, exequi vero nulla ex parte licet.
 37 Licetum est, tractatus prehabito de permutandis beneficiis absque Episcopi consensu, libere in ejusdem manibus renunciare, ut postea quilibet beneficium alterius impetret.
 38 In beneficiorum permutatione necessaria est auctoritas Episcopi, etsi ad ipsum provisio non spectet.
 39 Renunciatio, nisi in manibus Praelati fiat, non substitit.
 40 Desinitur beneficium renunciatio.
 41 Beneficium renunciant, ante quam per Praelatum

- a ceptetur renunciatio, & proprietatem, & possessionem retinet.
 42 Respondetur ad textum in l. quod si minor, §. Scaevola, ff. de minorib.
 43 Flaminus contra Tondurum defenditur.
 44 Agens de bonis paternis recuperandis, de damno vitando contendit.
 45 Filius suus haeres, mortuo patre, dominus ipso jure fit bonorum illius.
 46 Filius, cum se abstinet paterna hereditate, juri jam quaesito renunciat.
 47 Minor restituitur contra tertium possessorem in subsidium.
 48 Restituitur directo, & primario, quando possessor emit, sciens rem minoris fuisse.
 49 Item si restituitur conceditur, quia minori non expediebat alienare.
 50 Item si ex titulo lucrativo Tertius possideat.
 51 Responso ad cap. fin. de judic. in 6. remissive.
 52 Minor restituitur adversum dotis constitutionem.
 53 Et contra lapsum quinquennii ad reclamandum adversum professionem.
 54 Interpretatur text. in c. dudum, de praebend. in 6.
 55 Minor non restituitur, si renunciavit juri, quod ad beneficium habebat, postquam alii quaesitum est. Quod inferius explicatur, num. 56.
 56 Renunciatio juris ad beneficium, proprie cessio dicitur.
 57 Minor non restituitur ad lucrum omissum cum detrimento alterius.
 58 Explicatur d. §. Scaevola.
 59 Minor non restituitur ad beneficium, cui nondum obtento renunciavit, cum possessoris detrimento.
 60 In permutatione beneficiorum non admittitur remedium l. 2. C. de resc. vendit. supra dictum est, numero 11.
 61 Minor agit precise ad rem ob lesionem, quando aliter damnum reparari non potest.
 62 Ob beneficiorum disparitatem non licet in permutatione pecuniam dare, aut pensionem constituere.
 63 Fallit accedente Pontificis auctoritate.
 64 Pontifex potest fructus beneficium ab ipsius titulo separare.
 65 Explicatur cap. ad quaestiones 6. de rer. permutat.
 66 In locatione fructuum beneficium utrum locus sit remedium, l. 2. C. de resc. vend.
 67 Utrum in locatione, aut venditione ejus, quod a fortuna pendet, d. l. 2. locum habeat?

DE restitutione minorum in spiritualibus, maxime in renunciatione beneficiorum, tractant Flamin. de resignat. benefic. lib. 3. quest. 7. num. 15. cum sequentibus; Oddus de restit. in integr. quest. 63. art. 2. Ceval. tom. 1. quest. 15. num. 4. & 5. & tom. 2. quest. 831. Tond. quest. benefic. lib. 1. c. 50. Boer. decis. 350. num. 4. & 5. Vivian. de jure patron. part. 2. lib. 13. cap. 10. num. 47. Costa in l. Gallus, §. & quid si tantum, part. 2. num. 63. ff. de liber. & posthum. Caldas in l. si curatorem, verb. Lasis, num. 38. & 39. C. de in integr. restit. Morl. in empor. jur. 1. part. tit. 5. quest. 8. Garc. de benefic. part. 11. cap. 3. num. 61. Sanch. de matrim. l. 7. disp. 37. n. 21. & 22. Azor. inst. moral. p. 2. l. 7. c. 20. quest. 9. in fine, Valer. Reginal. in prax. for. penitent. lib. 30. tract. 3. num. 334.

Ad Num. 1.

Glossam in l. ait prater, in princip. ff. de minor. 2. quae negat, minorem in renunciatione beneficium lesum in integrum restitui posse, approbant Flamin. supr.

Ad Num. 3.

supr. nu. 25. nisi dolus interveniat, Perusin. in cap. dudum, de praebend. in 6. Tancrēt. in cap. ex parte, de rest. spoliat. & alii apud Boer. d. decis. 350. num. 4. quorum fundamentum est, quia in causis beneficialibus minor tanquam major admittitur, cap. fin. de judic. in 6. quare restitutionis auxilio juvandum non est.

Sed hanc sententiam, & rationem communiter DD. impugnant, Ceval. d. quest. 15. n. 5. Matienç. in l. 1. gloss. 7. nu. 5. tit. 11. lib. 5. Recop. Tondur. nu. 3. Peregr. de jur. Fisc. lib. 5. tit. 2. nu. 47. vers. Vel etiam responderi potest, Put. decis. 427. lib. 1. in correct. Vivian. ubi supra, Cardos. in prax. judic. verb. Minor, nu. 48. Morla d. quest. 8. Azor. supr. & alii nuper allegati. Quorum plures Bernard, adherent, asserentes, tunc restitutionem esse minori concedendam, cum nondum alteri beneficium collatum est, per l. quod si minor 25. §. Scaevola, ff. de minor, ita Menoch. de recuper. remed. 10. nu. 104. Nicol. Garc. ubi supr. Put. decis. 54. Caldas nu. 38. Cravet. conf. 90. nu. 4. ad finem, Thesaur. decis. 54. Ceval. dict. nu. 5. qui communem dicit, Guttier. conf. 11. nu. 4. Flamin. nu. 39. Franc. in cap. dudum, de praebend. in 6. Graffis decis. 307. de quo infr. n. 12. & 55. cum seqq.

Minor non restituitur adversum Matrimonium, nec professionem Religionis, Caldas in d. l. si curatorem verbo, contractum, num. 28. Peregr. num. 46. Cancer. p. 3. cap. 11. d. nu. 219. Grat. discept. cap. 367. num. 11. Anton. Gom. var. lib. 2. cap. 14. nu. 2. vers. Unum tamen, Ceval. dict. quest. 831. Flamin. nu. 16. & 19. Oddus p. 2. quest. 60. art. 1. nu. 13. Mauric. de in integr. restit. qu. 246. & alii

6 quos refert, & sequitur Sanch. dict. nu. 21. ubi rationem ex Baldo communiter recepto in rubric. C. de judic. in 1. lectur. nu. 7. reddit, quia feliciter haec spiritualia adeo ossibus inhaerent, ut avelli nequaquam possint. Item non restituitur adversum votum, vel opus pietatis, cum in his laesus dici nequeat, siquidem per illa consulti animae salutis, & adversum Deum restitutio concedenda non est.

8 (Cum neque contra patriam, vel patrem concedatur, l. ult. C. qui & advers. quos Duennas reg. 357. Caldas supra, verb. Lasis, supr. nu. 155. cum seqq.) Flamin. nu. 15. Oddus 1. part. quest. 23. art. 12. nu. 55. Sanch. in Decalog. lib. 4. cap. 35. nu. 86. Sed bene circa haec restituitur in judicio, quando de eorum validitate tractatur, sicut in aliis causis temporalibus, c. ex literis 4. ubi notat Barbof. in collect. nu. 2. de integr. restit. & adnotat. D. Covarr. infra, n. 8. vers. Rursus, Mascard. de probat. conclus. 1275. nu. 11. Nam etsi in causis spiritualibus pro majore habeatur; cap. fin. de judic. in 6. non denegatur ipsi restitutio, Odd. p. 2. quest. 60. nu. 21. Cald. supr. verb. Vel adversarii dolo; nu. 42. Grat. discept. cap. 74. nu. 11.

Ad Num. 2.

10 Minor restitutionis beneficium jvatur propter lucrum omissum, Tiraquel. de retract. lignag. §. 35. gloss. 2. nu. 9. Cyriac. tom. 1. contrrov. 51. nu. 55. Oddus part. 1. quest. 4. art. 8. num. 52. Surd. decis. 99. nu. 4. Afflic. decis. 340. nu. 1. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 59. nu. 21. Anton. Gom. ubi proxime, nu. 1. vers. Imò quod magis, Mauric. cap. 140. Caldas post quaestiones Forensi. conf. 30. nu. 32. Flamin. lib. 3. quest. 7. nu. 41. Menoch. conf. 412. nu. 44. Morl. dict. tit. 5. quest. 9. & omnes communiter.

In permutatione beneficiorum non prodesse remedium l. 2. C. de rescind. vend. est communis resolutio; Padilla ibi, num. 18. Rebuff. tom. 1. ad leg. Gallic. tract. de rescis. contractuum, §. unico, gloss. 15. num. 10. Mascard. de probat. conclus. 1175. n. 20. Matienç. in l. 1. gloss. 7. num. 5. tit. 11. lib. 5. Recop. Ceval. quest. 536. num. 92. Barbof. in collect. ad d. l. 2. num. 28. Hermos. in l. 56. gloss. 4. n. 71. tit. 5. p. 5. Rebell. de obligat. just. p. 2. lib. 9. quest. 3. sect. 2. num. 13. vers. Adnotandum, Flamin. dict. quest. 7. num. 41. Fachin. contrrov. lib. 2. cap. 22. vers. Tertia est controversia, Morla in empor. 1. part. tit. de empt. q. 19. num. 4. cur. seqq. qui satisfacit argumentis contrarium tenentium, ut Pinel. in ead. l. 2. 1. part. cap. 3. num. 16. vers. Contrarium, Burgenf. in cap. cum causa: de empt. Calderin. in tit. de rer. permut. conf. 4.

Vers. Contrariam sententiam.

Quod minor laesus in renunciatione beneficium est restituendus, etiam postquam alteri collatum fuerit, cum D. Covarr. defendunt Tondur. d. cap. 50. num. 3. cum sequentibus, Vivian. ubi supr. Odd. quest. 63. art. 2. Morl. d. tit. 5. quest. 8. num. 4. Christof. Rossin. lib. de re Pontific. cap. 17. Boer. decis. 350. num. 5. Peregr. de jur. Fisc. lib. 5. tit. 2. num. 47. Thanis decis. 47. Bellamer. in cap. ex parte, de restit. spoliat. & plures, quos hi laudant. Quibus favet notissimum in materia restitutionis minorum principium, nempe, minori laeso indulgendam esse in integrum restitutionem, quoties nulla lege expressè reperitur prohibita; Mascard. variar. lib. 2. cap. 98. num. 6. Cyriac. tom. 2. contrrov. 268. num. 28. Odd. 1. part. q. 15. art. 6. n. 44. & 45. Molina de primogen. lib. 3. cap. 13. n. 65. Perez in l. tit. 8. lib. 3. Ordina. Guttier. practicoar. lib. 2. q. 88. ad finem, & lib. 3. q. 31. num. 4. cum igitur hoc casu restitutio nullo jure denegetur, concedenda erit, de quo supra, d. num. 2. & infra d. num. 55. De interpretatione textus in cap. cum universorum 8. d. rer. permut. agit Barbof. in collect. ad cap. 14. ex parte, 12. n. 8. de offic. deleg. de quo infra ad num. 6. dicendum ex num. 29.

Ibi: Secunda, quod praedictam pactionem.

Simoniam committi tam in resignationibus, quam permutationibus beneficiorum; etsi nihil temporale invenerit, quoties contra jus pactiones adji-cuntur; probatur ex cap. quaesitum 5. de rer. permut. Gloss. in cap. cum olim 7. verb. Consensum, eodem tit. Gloss. in dict. cap. ex parte, verb. Dimittere, Gloss. in cap. dilecto 25. verb. Resignavit, de praeb. Flamin. lib. 1. quest. 3. n. 1. cum sequentibus, Guttier. conf. 42. num. 7. Rebuff. in praxi. 3. part. tit. de permut. num. 52. & de renunciat. condit. num. 1. P. Suar. de Relig. tom. 1. l. 4. cap. 31. num. 8. & cap. 35. num. 3. & 8. Panormit. in cap. non satis, de simon. Bonac. in summa, tom. 1. tract. de simon. disp. 1. q. 4. §. 14. n. 2. & 4. Lessi. de just. & jur. l. 2. cap. 35. dub. 4. num. 87. Sanch. conf. moral. l. 2. c. 3. dub. 25. num. 6. & 17. & dub. 37. n. 1. Tond. part. 2. cap. 4. §. 8. num. 10. Diana, opera moral. 4. part. tract. 4. resolut. 150. Del-bene de immum. Eccles. p. 2. cap. 19. dub. 24. num. 13. Gomez in regul. de infirm. q. 12. Redoan. de simon. part. 2. cap. 22. num. 14. Navarr. in cap. si quando, ex-cept. 4. de rescript. & in manual. cap. 23. n. 107. Garcia